

Justa funeralia, memoriae
... dn. Jacobi
Flachsenii, s.s. th.
doctoris & in...

1 Ic 1694 Flachsenius, Jacob



National Library
of Sweden

8/199
28

JUSTA FUNERALIA,

MEMORIÆ

Viri Admodum Maximèque Reverendi ac Excellentissimi,

DN. JACOBI FLACHSENI,

SS. TH. DOCTORIS & in Regiâ Academiâ Aboënsi PROFESSORIS PRIMARIÏ, Ecclesiarum Aboënsium & Vicinæ Nummenfis Pastoris longè desideratissimi, Diocæsi-
osq; Aboënsis Archi-Præpositi Gravissimi;

QVI

*Ætatis, piè & laudabiliter transacta, anno 61, expleto hujus vi-
væ mortalis curriculo, proximè elapsâ 12. Calendar Martii, terrea-
nis hisce habitaculis in caelestem patriam evocatus, exuvias, relin-
quit terræ gremio mandandas, ad Calendas Maii,
Anni ejusdem MD. LXXXIV.*



Ab Amicis, Cognatis, ac Affinibus,
consecrata.

ABOË, Impr. apud Jo. L. WALLIUM.

Wallerus

111

IN OBITUM,

Viri Admodum Maximèque Reverendi ac Excellentissimi,

DN. JACOBI FLACHSENI,

S.S.Th. Doctoris & in Regiâ hâc Academiâ Aboensî
Professoris Primarii, ac Ecclesiarum Aboënsium & annexæ
Nummensis Pastoris atque præstitis vigilantissimi, Dier-
cesios Aboënsis Archi-Præpositi gravissimi, lon-
gèque desideratissimi,

ELEGIA ὈΡΗΝΤΙΚΗ.



heu! generi humano lethi cors venit
acerba,
Ex esu pomi ceu paradisiaci:
Sic parili ex casu morti est obnoxia
tristi

Omnis gens hominum: lex eademq; manet
In cunctam à proavis manantem posteritatem;
Nec quisquam mortis lege solutus erit.
Hinc est, quòd mortalis erat quoq; primus Adamus,
Ejusdem fortis totaque posteritas.
Lamechidem Nôam, millenos cum propè in annos
Vixerat, è vivis mors simul atra tulit;
Annos, diluvio vitato, quando superstes
Ter centum & decades postea quinq; fuit.

Hic

In obitum præmaturum, sed pium & beatum,
Viri dum viveret de Republica literaria & Ecclesiâ DEI
optimè meriti,

DN. JACOBI FLACHSENI;

SS. Theol. Doctoris & Professoris Primarii, celeberrimi, Pastoris
item Ecclesiæ Aboënsis & annexæ Nummentis, vigilantis-
simi &c: fratris germani & desideratissimi:



Qui docuit longo studiosam tempore pubem
Et sedit Sophia semina vera suis:
Qui Logices præcepta dedit sincera, eademq;
Defendit dextrè sapius è cathedrâ.
Pneumaticamq; typis vulgaverat, unde juvenus
Multiplices laudis fuderat ore sonos,
Postq; DEI nutu, qui per suffragia Regis
Theologos inter dogmata sacra daret,
Quiq; DEO plures animas lucratus easq;
Optimus ut Pastor pavit ab ore suo:
Nunc abit ad plures, curasq; relinquere tales
Spe citius properat captus amore DEI;
Occubuit quoniam Doctör FLACHSENIUS Eheu,
Qui fuerat domui fida columna sua!
Quem doles ordo sacer, quem luget vinea Christi
Quem moeret lacrymis & stupefacta domus.
Necque schola patria, neu pulvis sacra lycei,
Interius luctum dissimulare queunt.
Sed quia sic placuit Domino qui fata gubernat,
Ut servum eriperet casibus hisce suum,
Atque animam cælis in gaudia tuta locaret,
Corporis exuvias in requiemque suam &
Convenit afflictis lacrymas suspendere largas,
Deq; Viri lætâ plaudere sorte magis.

*Salve igitur Frater, cæli gratissimè civis
Salve Electorum consociate choro!
Justitia praco, Christi diademate fulgens
Salve atque æternis perfruere ipse bonis!*

*Fraterno affectu sed dolore occupato,
valerudinarius subito scripsit*

JOH. FLACHSENIUS.
S. S. Th. D. & Prof. P.

EPIGRAMMA SEPULCRALE,
VIRO

Quondam Maxime Reverendo & Magnifico,

DN. JACOBO FLACHSENIUS,
S. S. Theol. Doctori, & Professori in Regia Uni-
versitate Aboënsi Primario, Celeberrimo, Dice-
ceosos Archi-Præposito, utriusque Consistorii
Assessori Seniori, Ecclesiarum Aboënsis &
Nummensis Pastori.

Luget Orbis Arctous,
& in illo,

Aboæ, Finlandia, Sveo-Gothiâ;

Scholæ, Universitates, Oratoria,

Cecidisse Stantem,

Vixisse Superstitem,

Modo lugere possint, ut videri volunt,

velint, ut possunt,

JACOBUM FLACHSENIUM,

Religione Lutherum,

Ingenio Aristotelem:

Ælius

29
BOGDON

Illius Discipulum,
Hujus præceptorem,
Utriusque æmulum,

VIRUM

Philologum, Philosophum, Theologum,
Magistrum, Professore, Doctorem,
De

Scholis, Universitatibus, Oratoriis,

Si quisquam,
meritissimum.

Sed lugere desinant:

Stat, qui cecidit,

Supereft, qui vixit:

Illud in cœlo,

Hoc in solo:

Ibi qva animam, in perpetua gloria,

Hic qva famam, in perenni memoria,

Vel isthoc nomine beatus,

Videlicet,

Quod *Hugo Victorinus* sibi optavit,

FLACHSENIUS obtinuit:

Ultimum cibum, *sacram Eucharistiam,*

Ultimam cogitationem, *de JESU Passio,*

Ultimum in ore verbum, *nomen JESU.*

In communi literati orbis
luctu dolenter & p.p.p.
erexit

AND. WANOCHIUS,
S.S. Theol. Prof.

VIATOR. QVISQVIS. SISTE. GRADUM.
ET. QVOD. SCRIPTUM. EST. CON-
TEMPLARE.

QVID. AGAM. INTERROGAS? TABESCO.
SCIRE. QVIS, SIM, CUPIS? FUI. FUI.
JACOBUS. FLACHSENIUS. THEO-
LOGIÆ. DOCTOR. PROFESSOR. PASTOR.
ECCLESIAE. SVETICÆ. FENNICÆ. ET. NU-
MENSIS. UTRIUSQVE. PRÆTEREA. CON-
SISTORII. ADSESSOR. VITÆ. QVÆ. FUE-
RINT. CONDIMENTA. QVÆRIS? LABOR.
CURA. SOLLICITUDO. AC. DENIQVE
INVALETUDO.

HOC. VOLEBAM. VIATOR. NESCIUS. NE.
ESSES. QVÆ. LEGISTI. PENSITA. VALE.

Viro optimo Prestantissimod. pos.

M. SVEDER.



Vi funera loqvuntur nil novi dicunt.
Diu enim est quod omnia atra, luctuo-
sa, funesta.

Mortis jam est Seculum, Mortis Im-
perium.

A quo nullus locus, nulla ætas, nullum fastigium tutum.

Hoc si non aperto Marte grassando,

Saltem dolo & silentio maligno subeundo exercet.

Prout sævitiam ejus nuper sumus experti,

Dum occidit VIR

PL.

PL. REVERENDUS AMPLISSIMUSQVE
DN. JACOBUS FLACHSENIUS,

S. S. Theol Doctor & Prof. Prim. Celeberrimus.

Casus tristis prorsus, acerbus, deplorandus!

In paucitate gravior jactura,

Et jacturam fecimus VIRI

Doctrinâ, Pietate, fide, humanitate, Innocentiâ

Inter paucos insignis, absoluti, magni.

Cujus non nudum Nomen

Romanorum more Tabulæ inscribendum,

Sed præclare acta

Græcorum lege in æterna basi prolixè exponenda,

Quid in Cathedra, quid in Suggestu

Summo zelo, nec minori acumine,

Plus quam virili firmitate,

Per tot lustra perfecit,

Sciunt, deprædicabunt

Quorum fuit Collega, Doctor, Concionator,

Mihi, cui omnium proh! minime illo uti contigit,

Adeo primos seculi sanctioris Doctores expressit,

Tam prope ad veteres Ecclesiæ antistites accessit,

Ut hoc tempore vix pulcrius habeant Exemplum,

Secundum quod in virtutis viam ferantur,

Et vivis quasi bonorum operum lapidibus

Perpetuum sibi in vita erigant monumentum,

Condant mortales Mausoleum.

Contendebat coram facie sua ambulare.

Attendebat à fermento Phariseorum nostri temporis:

Nec sustinebat eos qui vestem lana linoq; textam induunt,

Nil nisi laudandum fecit, dixit, sensit.

DEO, Sibi, Hominibus hoc modo securum sese ostendere,

Maxime illi laudabile ac tutum.

Vere

Verbo:

Verus veri DEI Propheta,
Verus fuit Sacerdos,

Cujus plures quisq; salutis amans Patriæ optabit similes!

Quocirca collaudabunt multi Sapientiam ejus,

Et usq; in seculum non delebitur.

Non recedet Memoria ejus,

Et Nomen ejus requiratur à generatione in generationem.

Summi, quem debeo, honoris ergo
festinanter posui

LAURENT. BURNI
Med. D. & Prof. Ord.



Vitibus, exortum ad rerum, Naturâ beni-
gna

uitur ipsa suis parcè; dispensat opellam
prolixis incrementis; cursu rapido sed
corrui in casum, subito venit adque
ruinam.

Interitus
Rerum
omnium
cum impetu
quasi.

Tempore longo opus est, prius ac ad luminis auras

Infans progreditur parvus, Genitricis ab alvo;

Postea quàm vigili curâ nutritur, ut artus
firmetur, donec vestigia flectere discat?

quis narrare potest conatus atque labores
sollicitos, quos ferre Pater Materq; tenentur,
augefcit, proles dulcis Sobolesq; priusquam?

Ast quam temporis exiguo, vitale videre

Interiuna
Genita,

B

sepe

sæpè, datur lumen, pundo; crudelibus umbris
 occubat & claudit lethæo lumina somno.
 Manufar. Indomitas urbes excelso in vertice montis,
 Sta. ætas molitur; fugiens sed diruit hora.
 Naturas. Frondosus Saltus multos inciduus annos,
 lia. momento minimo consumitur ignis edacis
 flammis, vertitur in cineres tenuesque favillas.
 Omnis. Omnia quæ magnâ tutelâ stantque vigentque,
 bus ho. dissiliunt citò, labuntur nescantque repenti.
 minibus. Introitum quod habet, vitæ simul incipientis
 est mori- Principium, occasum, sequitur, quod debet habere.
 endum. Enumerare vias fati, longum foret, omnes,
 hoc unum scimus: tentamina Terrigenarum
 quod sint in fragili posita & mortalia demum.
 vivimus, exclamat Seneca: *hic inter peritura.*
 Diviti. Æque Divitibus, paulatim frigore membra
 bus. Pau. solvantur, ceu pauperibus, quos rebus egestas
 peribus. in duris urget. Claris, rudibusque colonis.
 Sapien- Fortibus & timidis. Legum custodibus æquis
 bus & Rudis sicut iniquis, Grandævus Senibus Puerisque.
 bus, Fortis Victori & victo. Rectis; sævisque tyrannis.
 midis. Sive velis, nolis occumbes; nescia flecti
 Victori. Mors, procul haudquæquam est, ubi, nescis, te manet illud,
 & victo. Intervallo igitur cuncto sperare juberis
 Nolentis. mortem adventantem, possis quò salvus obire.
 bus. Vo. Sic mortem, est, certam meditatus nocte dieque
 lentibus. seratæ sophiæ Doctor, ceseberrimus olim
 Expe. JACOB FLACHSENIUS, qui gloria summa lycei
 Etanda. nostratis fuerat, decus immortale sororum
 ergo. Thespiadum, nos inter erat nititissima lampas.
 Mors. sed citò deseruit vitam, qui tempora vitæ
 semper. ducere dignus erat, longæ; numerare senectam
 Nestoram simul; at Fatis concesserat ille;
 è mundi exilio, ad Patriam pervenit amœnam;
 ad Paradisiacas sedes, regna invia vivis;
 nulli ubi sunt morbi, luctus, non anxia cura

sollicitant animam, quæ terqve quaterqve beata est:
Deponant luctus, quibus exarsit dolor ingens
ossibus; exultent, pulso mœrore, serenent
Vultum, defunctus noster quia gaudet in ævum.

*In obitum insperatum, beatissimum tamen,
quondam Maximè Reverendi Dni Do-
toris, hac pauca condolentia ergò
festinatò contexuit*

SIMON TASPDI
Met. & Log. Prof. Ord.
Pastor pickenhs.

Til den Sal. Herrens Förnåhme Sorgbundne
en Tienstskyldig och Wålmeent Tröst.

Hvem har förlångst ey hört Mausoli Drottningz
Tårar/
Demhon förspildte wed sin döda Herres Griffiz
Och talte mycket i sin wreda Sinnes Drift
Moot ödet/ som wårt hopp så snart och omildt dårar?

Hvem är och ey bekant/ hur Ceycis Måla börgde
Förbarmligt hålla sig/ då hon sin säta Mann
(Som hon i sömnen såg) bland Skeppzwraak liggia fann/
At hon försköt all Tröst och oafslätligt sörgde?

Hwad wann doch denna/ ell den andra/ med des klaga
Och Tårars myckenhet? Dess Öde log der åt.
En den som en gång satt sin Foot i Charons Båt
Tillstädies intet meer nån åter-reesa taga.

DI

O! Skulle Döden sig af Tårar röras låta;
Tu Sverige/ wore då wäll frij dit Sorge-Flor:
Man hade än wäll qwar wår hulda Landsens Mor/
Dess Död wij nu så nog/ doch ey förnog/ begråta.
Nej/ bille ingen sig med tårar inn at winna
Det bleeka Spökes gunst. Ett Willkohr står of för:
Ehoo sin ingång haft han och sin afgang spør
Som alle watten från sin Brunn at Hafwet rinna.
Til det förnåhne Huus/ som här sitt Hustroud saknadt/
Will detta wara sagdt. Nu undrar ingen på
At under Sorgedood så tåata Tårar gå
Och på så stoor förlust så mycken klagan waknadt;
Doch skull man undra/ om den ey hugswalas kunde.
En/ slijt är Hednist Sorg: Wårt Christina hopp och troo
Försåkra of då först om lijf och äwig Noo
Når dessa ögon sidst i Grafwen sammanblunde.
Säll den som så i tijd får denna wågen wandra/
At han har GUDi lefde och lefde sig sielswom nog.
At flere förja/ än sig glädia/ det han dog:
Med sielf sig wäll förnögd/ och ey beswårlig andra:
Som döe förån han döe/ och wid så farlig Koosa
Förtrot sig GUD/ då han om hannkan haa godt hopp.
En drar sin Båttring ut/ tils Linset brunnit opp/
Och weekan endast mänd med röök uhr Pijpan oosa:
Den så lagt an sin tijd/ den tijd han tiden niutit/
At hwarcken Siälen ell dess Namn med kroppen döe:
Så hållit sig/ at det ey afwund tadla döe:
En tadla töhr/ fast han det i sin Barm förtrutit.

O trefalt sälla Siäl/ hwars Kropp wñ nu förwara
I Jord til Werldens Öwäll/ du har/ om någon har/
Förnuftigt bruka weest den tijd dig gifwen war/
At du det redligt kan för GUD och man förswara.

Du gick en om med Sweet: tin Tunga och tit Hiärta
Stod i ett godt förstånd in i des sidsta slut:
Din lust war en med dem/ som spy sin Galla ut/
Och gärna oförskylt hoos Folek sin Nästa swärta.

Din Präst bestod en blott i Drächt och helig Lära/
Men har med Lesnan och stadfästet hwad tu talt:
En brukat bittert ord/ doch mångde med det Salt/
Som mächtig war all Lögn och Rätterst List försära.

För all Hug-reetning war så trygg och fritt titt Sinne
Som Luftten frij för Storm upöfwer Månans ring:
At hwarken moot: ell med ell någon öwahn ting
Förmätte moot den Dygd som tedde sig der inne.

Jag fick den minsta Tijd om dina Dygder samna:
Doch mig en mindre nu tin Död til hiertat går
In Tusen andra/ som dig nyttriadt flera Åhr/
De sina Suckar nu med Tinas Lärar blanna.

Så lef nu/ Sälla Siäl/ der du GUDS Åsyn niuter:
I medler tijd tin Kropp i Jorden hwijla skall/
Titt Minne grafwas inn i Marmor och Metall
Til des en äwig Maj Förwanfsligheeten sluter.

I Hast- och Enfaldighet
lämnad af
TORST: RUDEEN.
Poët. Prof. Ord.

In obitum summi Theologi

Doct. JACOBI FLACHSENIJ,
Professoris primarii, Elegus.



redimus huncce senem nimium quem
diligit ille,
Cui vivens solitus thura litare sua,
In teneras temerè quoque nunc reme-
are favillas,

Ejus & in terris heic remanere nihil,
Nunquam de tanto, sic hæc vel fingere fas est,
Quamvis curta domus saxea corpus habet.
Cujus durabit per secula fama perennis,
Illi quam tribuet maxima vis animi;
Namque fatebor FLACHSENIJ redolere lu-
cernam

Puri quicquid habet nostra Thalia thymi.
Mystra Professor & est; sed terni Pastor Ovilis
Pro! quanto hunc auxit Christus honore
Senem.

Famæ ergo invigilare juvat nam corpore nullo,
Promeritus studiis quemque tuetur honos.

*Præceptori olim optimo hoc
ponit*

CHRISTIERN ALANDER,
El: Prof.

IN OBITUM

Magni Theologi ac Professoris Primarii,

Doct. JACOBI FLACHSENI.



MORS, heu, dura nimis, quam nemo fal-
lere tentet,

Æqua licet, nulli parcit avara tamen.
Illa senesque rapit, Patriæ & quos u-
sibus aptos

Finxit longa dies, impiger atque labor.

Heu fatale fuit, *Musis* orbique nocivum

Dilceslum *Doctior*, huncce notare tuum!

Abodica Musa, sentiscunt pectore mœsto

Et meritò graviter, Gens quoque sancta
dolet.

FLACHSENIUS nobis, cum mortis telo per-
emptus

Sydere non fausto, *Doctior* ademptus erat.

O DEUS omnipotens, tenerum qui pascis ovile

Perque tuum verbum, gaudia mille doces

Avertas similes casus, miserisque levamen

Mittas; nec nimio corda dolore premas.

GABRIEL THAUVONIUS,

Prof. Philos. Extraord.
& Secret. Acad.

Sacrarum est nomen immortalitati
Doct. JACOBI FLACHSENI,
Professoris Primarii, Archi-Præpositi & Pastoris Aboënsis,

Qui sic

Ex piis Parentibus natus,
educatus à probis Præceptoribus
eorum ope,

Ingenium suum ad magna natum & vividum,
Altioribus applicuit rebus,
ut per vigiliis & labores multos demum existeret
Philosophus, inter maximos & scientissimos,
Theologus inter orthodoxos & celeberrimos.

Juventutem Academicam docuit fideliter,

In commodum Ecclesiæ,

In decus literarum,

In Splendorem Religionis.

Vitam instituit honestam,

Verbis, affectibus & actionibus

paucis imitabilem.

(valuerunt

Ecclesias sibi commissas pio Zelo & quantum unquam unius humeri
gubernavit prudenter,

Dum in consistoriis consultabat,

Animum intentum, consideratum & sobrium adferebat,

Nulla tardatus timiditate,

Nulla allectus gratiâ,

Nulla corruptus largitione,

Vota sua considerate protulit.

Nihil eximium statuit

Nisi quod cum honestis artibus, & comitate morum fuit conjunctum.

Optime didicit

Cum magnis reverenter & splendide

cum piis decenter & piè

Cum togatis civiliter & moderate

Cum tori sociis & liberis castè & paterne

Cum domesticis humaniter & grate

Vivere.

Omnibus ac singulis

In doctrina sanus,

In

In consiliis candidus,
In sermonibus affabilis
In conversatione civilis & humanus.

Ast

Atrox & intempestivus properæ mortis nuncius
Exanime & putrescens tanti viri corpus
Jam tumulo condi jubet
Heu mortales!

Siccine maxime Reverendus Doctor
Vi improvisæ mortis extinctus?
Siccine spes nostra fallax & caduca?
Optavimus adhuc plures annos
Et nitidiorum canitiem.

Verum

Jacturam sentimus haut levem,
Orbitatem multiplicem.
Occidit namque
Cum luctu suæ & suorum,
Cum planctu consanguineorum,
Cum dolore bonorum omnium.

Sed exceptus

In Ecclesiam fidelium
cœlestem Academiam;
& consortium piorum

Ubi

Inter gaudia & júbila æternum exultat.

Nunc vero dum

Scriptura bonum amisit interpretem,
Palladium suum ornamentum
Patres Academici commilitem suavem.
Juventus Præceptorem eruditum.

FLACHSENIANA familia suam Columnam;

non potui ego

Deesse officio huicce parentali,

Dum

Promotoris ac Præceptoris mei

Obitum doleo

DANIEL HAGERT,

Conf. Eccl; Ab; Not.;

En troghet Heerdes oförgångelige Löhn.



Den IESU Willia gör/ och högt sin Röst
uphäfwer

At kalla Christi Säär; han kallas han
i tijd

Från Dödlighet/ och för än Wreden
tager wijsd

At kalla Hämd och Wee/ så Jordens Grundwal bäfwer.

Så är och kallad han/ Den hoos sin IESUM swäfwer
I Oförgånglig Skrud/ i Helig Sägna/ Frijd;

Hwars Flijt/ Upbyggelse/ Hwars ängest/ Smet och
Strijd/

Hwars Ifwer/ Läbra/ Tro/ sig nu den Cronan träfwer/

Som löner öfwer Löhn/ det intet Löhn begär/

En Helig Kärlighet/ som IESU Stämpel bär.

Hans Been de hwisse blöt/ de trötte Öfwerlefwer/

Tils GUD der ofwan-från/ sielf kalla will och ta

För sig/ hwad Graf och Grift/ och Dödzens Fång-

ne ha
Förhållit än med Macht/ i Mörkret tysta Skrefwer.

Således Enfaldeligen afbildat/ af den

Sahl. Herrens i des Liffstijd

ödmjukeste Tienare

GABRIEL JUSLENIUS.

V: Secr: Acad: Aboenf.

